7e Mars 1387.

Cum a quadam Sententia per generales Magistros monetarum nostrarum confirmatio cujusdam Sententiæ monetariorum ad utilitatem Joannis Bernage et Ludovici Torini deffensorum et contra Michaelem Torini actorem ratione petitionis certarum Expensarum et missiarum in prosecutione cujusdam causæ in nostra Parlamenti Curia ventilatæ inter Joannem et Droconem Pigile Michaelem et Joannem Thorini, et nonnullos alios monetarios Juramenti

Du vol. 7. cotté 9. fol. 170. 6e

franciæ commorantes in villes temporalitatis
Episcopatus Meldensis contra Episcopum
Meldensem factarum, quarum mediam —
partem dictus Bernage solvere ——
promiserat dicto actori qui dictam causam
usque ad finem rexerat ac etiam expensas
integraliter in eadem factas solverat, nec
non certæ promissionis dicto actori per
dictum Ludovicum de solvendo et contribuendo
in dicta causa cum aliis secundum suas
facultates factæ latæ per quam dictos —
deffensores ab impetitione dicti actoris —
absolverat, ac eundem in expensis —
condemnaverat fuisset per dictum actorem
ad nostram Parlamenti Curiam appellatum,
auditis igitur partibus antedictis in —
nostra Parlamenti curia in causa appellationis
prædictæ, processum que utrum bene vel —
male fuisset appellatum ad Judicandum
recepto, eo viso et deligenter examinato —
per Judicium dictæ Curiæ nostræ dictum —

fuit dictos Generales et Magistros bene —
judicasse et confirmasse, et dictum actorem
male appellasse, et emendabit appellans
ipsum in Expensis hujus causæ appellationis
condemnando Earumdem Expensarum taxatione
dictæ curiæ nostræ reservata Pronunciatum
Ult.ª die Martii anno octuag.º septimo —
Coson. Corbie, Mont St. Eloy. /.